quia rufus erat. Si vero iuxta Beatum utrumque
~~forma~~ angustissima species plurimum creditur habere
de coelo, quanto haec incomparabilis tua tot praeco-
nijs, tot Divinis Oraculis celebrata, quanta, inquam,
haec Divinitus habuisse censenda est? a summo utique
coelo; fuit etenim (ut loquar semi Judaeis praeceptis)
secundum cor Dei, secundum gustum totum, ac desiderium.
Merito igitur Rex inclitissime, Regiae Maiestatis
culmen conscendisti; virtus n. tua meruit imperium,
sed virtuti tua addidit suffragium; illa praestitit,
ut oporteret te Regem fieri, haec ut doceret,
dignum n. species imperio. Nunc Corneli tuum
egregium ac veritate plenum testimonium resume.
(resumendum est n.) Nisi sint pulchri et satis
insignis indole, resume, inquam, et continet nunc
ad prae deuoramento illa sponsa, quae omnium pulcher-
rimum desideravit, desideratumque invenit: Di-
lectus meus candidus et rubicundus, electus ex
millibus. Summa utique elegantia sponsum
hunc invenit, quia ex millibus elegit, et iuxta
graeca Hebraicaque paraphrasin, rufum elegit.
Sed ubi vestri, Nigri, ubi vestri Suffraginis?